UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

8 [i.e. 7]. De beneficio Vocationis ad Religione[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

num, qui ſæpe meliores fuerunt, dignatus ſit eligere, in numerum prædeſtinatorũ, idque ab omni æternitate; quod pectori diuino tui memoria inſculpta fuerit ante omnia ſecula, quod pro filio Dei adoptiuo habitus ſis, & in ſplẽdoribus Sanctorum, cum Pater cœleſtis dixit filio naturali. *Ego hodie genui te.*

MEDITATIO VIII.

De beneficio vocationis ad Religionem, quæ eſt pro Religioſis.

1\. CONSIDERA, ſi religioſus ſis, aut deſiderio ingrediendi religionem tenearis, hoc beneficiũ quoque eſſe peculiare & poſt diuinam prędeſtinationẽ omnium maximum, paucisque conceſſum, & ideo

Matt. 19. Chriſtus dicebat de illo, *Qui poteſt capere capiat.* Et *Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me.* Religio enim eſt ſtatus perfectionis, non quod omnes perfecti eſſe debeant, qui eam ſuſcipiũt, ſed quod quotidie proficiendo per obſeruationem non ſolum præceptorum, ſed etiam conſiliorum diuinorum debeant ad vitę Chriſtianæ perfectiones tendere. Hæc eſt, demto mar-

pro martyrio anguſtiſſima porta & arctiſ- *Matt.*
ſima via quæ ducit ad vitam æternam, & *7.*
pauci ſunt, qui inueniunt eam. In hac, ſi
quis conuenienter ſuę regulę in vita pia &
ſancta perſeueret, probabiliſſimum argu-
mentũ habet ſe eſſe in numero prædeſti-
natorum.

Conſidera, cauſam cur hoc benefici- *2.*
um tanto ſit in pretio habendum. Vna
eſt quia in S. Scriptura ſola temporalium
facultatum in pauperes propter Chriſtũ
diſtributio, ampliſſimã habet promiſſio-
nem à Chriſto, vt quod magnũ theſaurũ *Matt.*
eiuſmodi habituri ſint in cœlo. deinde, ꝙ *19.*
centuplum in hoc ſeculo accipient quoad *Marc.*
domos agros, & fratres, & in futuro vitã *10.*
æternam. Quid ergo habebũt, qui præter-
ea ſe caſtrant propter regnum Dei, & vo-
luntatem ſuam, ac iudicium ſubiiciũt vo-
luntati hominis loco Dei, & hoc palam *Atha.*
ſolemni vel ſimplici profeſſione Deo, & *in vita*
omnibus Sanctis voueant vti faciũt omnes *S An-*
veri religioſi: Altera eſt, quia S. Patres cõ- *ton.*
parant ingreſſum in religionem alteri ba- *Hier.*
ptiſmo, eo quod per illum homo, ſicut per *ep 25.*
baptiſmum liberetur ab omnibus pecca- *Greg.*
torũ pœnis S. Gregorius addit, ſicut holo- *hom.*
cauſtũ excedit alia ſacrificia, ſic ingreſſum *20. in*
Ezech.

Bern. religionis, omne genus pœnitentiarũ vel
ſerm. ſatisfactionum etiam publicarum excede-
20. in re. B. Bernardus vero & Petrus Bleſenſis e-
Cent. iam comparant religioſam vitam, & la-
Bleſ. bores continenti martyrio.
ſerm. 8. Conſidera cur S. Patres his com-
3. parationibus ſint vſi. Prima cauſa eſt, S.
Thomę Aquinatis, quia paucis eleemoſy-
nis poteſt homo ſatisfacere pro pœnis
Da. 4. peccatorum, iuxta illud Danielis. *Peccata
tua eleemoſynis redime*, ergo multo magis
ſatisfacit, qui nō ſolum omnia ſua dat pau-
peribus, ſed etiam ſeipſum tanquam ſeruũ
offert DEO & religioni, imò vouet ſe ni-
hil amplius propriũ poſſeſſurum. Secun-
da cauſa eſt, quia tota profeſſio veri reli-
gioſi conſiſtit in continua deportatione
crucis ſuæ hoc eſt, abnegatione proprii iu-
dicii & voluntatis, mortificatione ſen-
ſuum, paſſionum, omniumque cupidita-
tum prauarum carnis & mundi, ſecundum
Luc 9. illud. *Siquis vult venire poſt me abneget ſe-
Prou. metipſum, & tollat crucem ſuam quotidie*, &
16. hoc eſt ſpirituale martyrium. Vnde Sa-
piens dicit, *eum, qui dominatur animo ſuo,
Epiſt. meliorem eſſe expugnatore vrbium* Imò
123. Seneca philoſophus gentilis agnouit, *im-
perare ſibi maximum eſſe imperium*

MEDITATIO IX.

Denouem bonis religionis à S. Bernardo deſcriptis. hoc rythmo.

IN RELIGIONE HOMO.

Viuit purius, cadit rarius, ſurgit velocius, incedit cautius; quieſcit ſecurius, irroratur crebrius. purgatur citius, moritur confidentius: muneratur copioſius.

CONſidera primum, cur VIVAT PVRIVS, nempe I. ob puritatem inten- I.
tionis, quia omnia facit, ad Dei gloriam,
& animę ſalutem, *Si oculus tuus fuerit ſimplex*, ait Chriſtus, *totum corpus tuum luci-* Mat. 6.
dum erit, 2. ob puritatem à peccatis mortalibus, quæ ſola animam verè impuram
faciunt, quia boni religioſi malunt mori,
quam ſcienter peccare mortaliter. 3. ob
puritatem mentis & corporis angelicam,
quia promiſerunt DEO & religioni caſtitatem, II. Conſidera, cur CADAT RARIVS, nam, quia in ea rara vel nulla ſunt
offendicula, vel lapides ſcãdali, in quos
impingat. 2. nulli laquei dæmonis. ratione opum, honorum, vel voluptatum

 mundi,